

CHRISTOPHORI
BESOLDI, JC. ET
ANTECESSORIS
Tübingensis,

Dissertatio Politico - Iuridica,

DE

MAJESTATE IN GENERE:
ejusque Juribus specialibus, in tres
sectiones distributa.

Accedit


TRACTATIO SINGULARIS,
DE REIPUBLICÆ STA-
TU MIXTO.



ARGENTORATI,

Sumptibus Heredum LAZARI ZEZTNERI.

M. DC. XXV.



SECTIO PRIMA,

DE

POLITICA MA- JESTATE IN GENERE TRACTANS.

CAP. I.

*De Erymo Majestatis: ac item de Ma-
jestate reali.*



GENEROSVM, omnique favore dignum ingenium esse, Socrates olim judicabat, cui disciplinæ Politicæ sunt cordi: dicente Xenophonte, in *Memorabilib.* Et jam ideoque mihi, præcipuum aliquod Politices caput explicanti, nemo, ut spero, litem movebit: cum præsertim cuncta ex aliorum repetam scitis, paratûsque sim lubens cedere, meliora docenti.

II. Imperium in Republicâ summum, cujus descriptio maximam Politices absolvit partem; Aristoteles 3. *polit.* 4. Græci κύριον πολιτεύμα, δουκρατία, κυρίαν ἀρχήν, δύναμιν, καὶ ἀρχὴν πολιτικὴν, ἀλλαν ἐξουσίαν, vocant. Bodinus 1. *cap.* 8. à princip. Tob. Paurmeister. 1. *de iurisd.* *cap.* 3. num. 4. Italis Signoria, (nam & hæc vox sumitur interdum pro supremo Magistratu) *vocabulario della Crusca.* Gallis Souveraineté indigitatur. Hispan. Mayoría vocant. Vulgò Interpretibus Juris, est Imperium maximum, Dd. ad l. 3. ff. *de iurisd.* A B. Jacobo Patriarchâ, virga seu sceptrum indigitatur. Genes. 49. Joach. Stephan. 1. *de iurisd.* 7. nu. 8. Et certe *Schebet*, pro sceptro autoritatèque regiâ in dicto Genesios loco sumit, Targum triplex; sumunt ita etiam veteres Thalmudici Hebræi, Rabbinique perquam multi: indeque frustra sunt, qui aliter interpretantur. Dominus Buxtorff. in *Lexico.* Unicam tantum Targumicam interpretationem, Onkeli scilicet adponam. Dominium erit in principio & in fine, magnificabitur regnum de domo Jehudæ: quoniam de iudicio occisionis, mi fili, animam tuam abstulisti: requiescet & habitabit in fortitudine sicut Leo, & sicut Leona: neque erit regnum quod

rum Orientis: sed multa impia commixta eorum disciplinis erant. Fuerunt enim Astronomi, & callidi in lingua avium. *Esaiæ 19. vers. 10.* Respiciat ad veram Magiam Eccardus apud Taulerum *dom. 16. post Trinitat. fol. m. 271.* cum ait: Es ist ein frag vndern Meistern/ welches besser sey vnder der Krafft der Kräuter / der Worten vnd der Steinen? des soll man sich berathen oder versehen/ alle Wort hand Krafft von dem ersten Wort. Wiewol der Binnus ihrer Manigfaltigkeit (den vnbefindten Menschen nit ansehen) entdelet die Wort/ daß ist/ das sie verachtet werden vnnnd keinen Nutzen bringen. Darumb solt mann gar fleißig wahrnehmen/ was mann rede / vnnnd wie die Wort geihen weren / wann nit ohr grosse vrach das ewig Wort des himelischen Vatters Christus sprach/ von einem Jeglichen Bnnigen Wort/ das die Menschen geredt hand/ werden sie Rechnung darvon geben am Tag des Urtheils/ Aber dz sieht man (leyder) wenig an/ darumb entspringet so grosses Vbel vnd Jammer darauß/ daß es zuerbarmen ist. Kraut hat auch grosse Krafft / Ich vernam daß ein Schlang vnd ein Bißel mit ein ander stritten / da ließ die Bißel hinweg vnd holet ein Krautlin / vnd bewandt das mit einem andern Kraut / vnd warff das Kraut auff die Schlang/ da zerbrach die Schlang von ein ander vnd war Todt. Was gab der Bißeln/ daß sie die Krafft in dem Kraut wußt? daran ligt auch Weißheit. Wort hand auch große Krafft/ man möcht Wunder thun (als auch die beschehen ist vnd beschicht) mit Worten. Stein hand auch grosse Krafft von der gleichheit / daß die Sternen von des Himmels Krafft darinnen würcken. Wann gleich in gleichem viel würcket. Addam & mirabile exemplum, ex *historia tripartita, lib. 5. cap. 45.* quomodo Nisibiam, contra Saporem Persarum Regem defenderit, Jacobus Episcopus illius loci, quod tamen miraculosum, non Magicum fuit. Tunc igitur Ephrem Vir mirabilis, & scriptor egregius apud Syros, sacratissimo Jacobo supplicabat, ut veniret ad murum, & videns Barbaros, maledictionis jacula contra eos emitteret. Flexus ergo venerabilis homo, ascendit in quandam turrim: & cum millia millium videret exercitus, aliam maledictionem eis non imprecatus est, nisi Cyniphes & Culices, ut per parva animalia supernam virtutem potuisset agnoscere. Orationem verò sequuta nebula Cyniphum & Culicum, & Elephantorum quidem proboscidas, cum sint concava, equorum verò aliorumque iumentorum aures simul & nares impleverunt. At illi ferre vim parvorum animalium non valentes, sellos suos ductoresque excussos dorso projecerunt, & disruptas acies confuderunt: exercitumque relinquentes summo impetu fugiebant. Hoc modo miserrimus Imperator parvam clementemque correctionem in se agnoscens factam à Deo, habente providentiam anima-